

DEDECUS CONSIDERATUM MATERIALITER, ET PER SE, TANQUAM RES IGNOMINIOSA. Hujus loci est.

EXISTIMATIO, AUCTORITAS NULLA. Contempti Homines.

Ex Tit. Contemptus, exempla quaedam huc facere possunt. Illic Affectus ejus, qui contemnit, habetur ratio: hic Dedecoris, & Ignominiae ejus, qui contemnitur.

Nobilitatis contemptus.

In Turcia levis, & infirma res est, quae vulgo perhibetur, Nobilitas. Nam cum de puellis quibusdam, quae liberaliore erant forma, scire vellem, ait Augerius Busequius in itinera, num quo essent genere: audiebam eas a summis ejus gentis fatras originem ducere: aut etiam regium esse genus: jam bubulco, aut opilioni desponsatas. Sic in regno Turcarum jacet nobilitas. Vidi item postea aliis locis Catacuzenorum, & Palalogorum, imperatorii generis reliquias, contemptis inter Turcas degentes, quem vixit olim Dionysius Corinthi.

Eruditionis contemptus.

Vide Titulum, Doctorum contemptus, Odium. MELISEGENES, qui postea Homerus didus fuit, Poetarum princeps, a Cumaniis ejectus fuit, cum ei publica alimenta dare negarent, quod cretus esset. Unde Homeri nomen habere cepit. Plut. & Herod.

Prudentiae contemptus.

Vide Titul. Bonis consiliis, qui non parvere, quatenus Imprudentiae contemptus aliorum jungitur.

Lacedaemonii improbi viri prudentis consilium non prius suscepserunt, quam auctore mutato. Gellius l. 18. c. 3. ex oratione Alcibiadis contra Timarchum.

Fortitudinis contemptus.

CASTRUCCIUS Castrucianus Pisanorum tyrannus victoria utendum ratus, victrices copias Florentiae moenibus admovit, suburbanas delicias in oculis hostium evolvans, & pleraque aedificia incendens. In ea expeditione Aelius Vicecomes Castruccio a patre Galeacio auxilio missus, Florentinis muro spectantibus, ludos equestres in Arni insula edidit, proposito ad premium velotico purpurei coloris, ut reddito contumeliam talione Florentinis illuderet, qui similes decuriones Mediolano obfesso, ante Comensem portam jactant ediderant. C. Jov. in vita Adu.

Iustitiae, Fidei. Nulla fides habita.

Vide inter affecta Affectus, Non credere.

Cn. & Q. Servilii Cepionibus, iisdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad summam amplitudinem provectis: item fratribus Metellis Q. & L. consularibus, & censoriis, altero etiam triumphali, in Q. Pompejum Aufidium repetundarum reum dicentibus testimonium, non abrogata fides, absoluto Pompejo: sed ne potentia inimicum oppressisse videretur, occursum est. Val. Max. l. 8. c. 5.

Q. METELLUS Pius, L. Lucullus, Q. Hortensius, M. Lepidus, Cn. Corneliu majestatis reum, non modo testes onerantur, sed etiam salutem negantes illo incolum stare Rempublic. posse, depoposcerunt. Quae decora civitatis (pudet referre) umbone judiciali repulsa sunt. Val. Max. l. 8. c. 5.

M. AMILIUS SCADRUS, princeps senatus, C. Memmii repetundarum reum districto testimonio inf. cutus est. Item C. Flavium eadem lege accusatum testis proscidit. C. Norbanum D. majestatis crimine publice subiectum questioni, ex professio opprimere conatus est. Nec tamen auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quemquam illorum assurgere potuit. Idem.

L. CRASSUS, tantus apud iudices, quantus apud P. C. Amilius Scadrus (namque eorum sufragia robustissimis, & felicissimis eloquentiae stipendiis regebat: eratque sic fortis, ut ille curiae princeps) eum vehementissimum testimonii fulmen in M. Marcellum reum iniecit, impetu gravis, exitu vanus apparuit. Idem.

M. CICERO forensi militia summos honores, amplissimumque dignitatis locum adeptus, in iplis eloquentiae tugistris testis abiectus est, dum P. Clodium Romae apud se tuisse juravit: illo sacrilegium, & flagitium uno argumento absentiae tuente. Siquidem iudices Clodium inestis crimine, quam Ciceronem infamia perjurii liberare maluerunt. Idem, & Egnat. l. 8. c. 5.

DOMITI. Imper. conditionem Principum miseriam agebat, quibus de conjuratione comperta non crederetur, nisi occisis. Suet.

Gentis contemptus.

Vide Tit. Odium peregrinorum.

Muphtis, hoc est primus Patriarcha, vel summus Turcarum Pontifex, Osmanicorum hanc de Peris sententiam proferre solet, Gratius, & acceptus esse Deo, religionis Mahumetanae causa Persiam unum occidi, licet professione Mahumetanus sit: quam si quis 70. Christianos a Mahumetanis in religione profusos interficiat. H. Henning. in Gen. Turc. Imper.

HELGO Rex Danus apud Saxones ingenui, ac libertine nem pari summa rependamam constituit: omnes Teutones ex aequo servos judicans. Saxo Gram. Imperii.

Consule Tit. Inobedientia.

MONUMENTA IGNOMINIOSA. Huc pertinent.

PARENTES, LIBERI, CONJUGES aliorum contumeliose haberi.

Consule Tit. Crudelitates erga hostium uxores, amicos, Illic Crudelis ultio, hic ignominia ultioni juncta perpenditur.

URBS MOENIBUS NUDATA. Muri, Moenia diruta.

Ex Titul. Urbium capturarum exempla quadam huc transferenda.

JOAS Israelitarum rex, cum Amasiam Judaeorum regem bello cepisset, Hierosolymam ingressus, partem muri diruit, ut victore curru inveheret, omnesque regios, & sacros thesauros auferens Samaritanos reversus est. 2. Paral. 25.

VALENS Imp. Chalcedonem, quod in partibus Thracianis fuisse, nudari parte moenium, Constantinopolim spectante, iussit. Sig. lib. 7. Imp. occid.

HENRIC. VII. Imp. Britaniam urbem, Turrianis faventem, fame, ferro, flammis domuit. Sexaginta millia auroreorum nummum Caesari dependenter, & sexagintaque cives nobiliores obfides, qui Romam usque officii gratia regem prosequerentur. Caesar muros subruo, & ad solium aequari iussit: ac demolita porta, urbem post sextum dedicationis diem ingressus est. Cusp.

Anno 1564. cum edictum in Gallia firmatae pacis promulgatum esset, ne Rebelles in posterum facile resistere possent, variis in urbibus monumenta diruntur, Aureliis, Montalbani, Valentis, aliisque nobilioribus urbibus maxime, gravissimo totius sane Regni incommodo, vastitateque. Aureliarum igitur urbs toti Regno opportunissima, & quidem extremi Regum Regni temporibus, tunc nimirum maxime, cum Car. VII. tempore, Anglis longae, laetque victoriis, tota Normannia, Lutetiaeque ipsa Regni metropoli, circumfusisque regionibus occupatis, Regnoque passim hostibus varie perturbato, ipsa propè solae Aureliae Regi, Regnoque praesens periculum fuit. Intraurunt itaque urbis illis rebellibus lucluosa vestigia: Et Aureliis in pagi faciem turpiter desolatis, Arx ad portam, quae Lutetiam fert, exaedificata, urbi coercedae, perdomandaque, militum interea severo praesidio circumfusa. Pari odio in Montalbani saevium est, quod alacriter toto belli tempore contra Tholoazarum impetum sese defendere.

DOMUS ALIORUM IGNOMINIOSA Dejecta, exusta, everta, publicata.

Everso & exusto ad Paupertatis quoque locum pertinet, Hic conjuncta Ignominiae habetur ratio.

LEUTYCHIDIS domus excisa fuit, quod dux in expeditione Pharsalica multum pecuniam per corruptelam dono accepisset, & in re prehensus esset, cum sederet in castris, utraque manu pecuniam tenens. In iudicium delatus est Sparta proligit, & Tegae obiit. Herod. lib. 6.

ASTYLI Crotoniatae cursoris domus in publici carceris usum conversa, ignominiae causa, & Crotoniatis: quod victor in stadio, Hieronis Dinomenis filii studio adductus, Syracusanum se renuncianum curasset. Pauf. l. 6.

Commune hoc fuit Romae iudicium in eos, qui regnum appetere dicerentur, sed eorum publicari, & everti. Sp. Melitregnum affectantis domus est complanata, Populo judicante: & Aequimelium area dicta est, ipse a Servilio Hala, iussu, atque imperio L. Quintii Cincinnati Dictatoris, interfectus est. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata, & everta est, quo facinus illius memoria, & nomine loci notaretur. M. Manlius, cum ab ascensu Capitolii, Gallorum impetum repulisset, ideoque Capitolinus, & a suis omnibus civibus Patronus appellatus, ac sacre donatus esset: non fuit contentus beneficii sui gloria. Cum primum suppressisse Gallicos thesauros argue-

ANIMALIA ALIORUM IGNOMINIOSA TRACTATA.

THOMAS Cantuariensis Episcopus velut hostis Henrici II. regis habitus, cepit sic vulgo contemni, ac in odio esse, ut cum venisset aliquando Stodum (qui vicus situs est ad Meduciam flumen) ejus loci accolar, ignominiae causa, caudam equi, cui infidebat, amputarint. Joun. Major. l. 3. de Gestis Scotorum, & Polidorus l. 13.

FRANCISCUS CARDUCCIUS, Florentis post ejectos Mediceos dictator (cum Carolus V. Imperator Mediceos ex sedere in patriam reduceret) sui erga Mediceos odii declarandi causa, amoenissimas, quae ornamento urbi erant, Mediceorum, & Jacobi Salviati villas intemperantis, & turbidae juventutis impetu, incendiis absumendas dedit: quoniam id non imperasse, sed dissimulanter delendas objecisse iateretur: scilicet, ut ex tam horribili, sedoque maleficio unquam veniam impetrari posse diffiderent, quando id velum promissae juventutis, ad omnes serae civitatis familias pertineret. Jovius l. 27. Hist.

STATUAE HONORIS CAUSA PRIUS Erectae, post per ignominiam Dejectae.

ASTYLI statua & Crotoniatis dejecta, quod in Hieronis Dinomenis filii gratiam, Syracusanum se renuncianum curavisset. Paufanias l. 6.

Nulli arbitror plures statuas dicatas, quam Phalereo Democrito Athenis: quibus per decem annos praefuit. Siquidem 360. statuere: quas mox laeceraverunt, nondum anno hunc numerum athenum excedente. Plin. l. 34. c. 6. Plut. in Politico.

Atheniensis populus Demadis rhetoris statuas confavit in matulas. Plut. in praecipis Politico.

ALEXANDER MAGNUS, Persepolis capta, statuam ingentem Xerxis regis a turba contemplatus in regiam irruptionem impuderent everfam, sublitit, ac sicut spirantem compellans: Utrum te, inquit, ob illam Graecis bellum praeteribimus prostratum, an ob ceteram animi tui celsitudinem, & virtutem attollemus? Postremo, ut diu cogitabundus, & tacitus restitit, praetergressus est. Plut. in Alexandro.

ANTIGONUS rex, occupatis Argis, tyrannorum Argivorum statuas dejectas reposuit: Illorum, qui ceperant duce Arato Acrocorinthum, erectas, praeter unam Arati evertit. De quibus, cum enixè dicitur Aratus, nihil obtinuit. Plut. in Arato.

L. PISO prodidit, M. Emilio, C. Popilio II. Cos. a censoribus P. Corn. Scip. M. Popilio, statuas circa forum eorum, qui magistratum gesserunt, sublatas omnes, praeter eas, quae populi, aut Senatus sententia statuae essent. Eam vero, quam apud aedem Telluris statuisset sibi Sp. Calpurnius, qui regnum affectaverat etiam constata a censoribus. Plin. l. 34. c. 6.

C. MARIO Gratidiano statuas in omnibus vicis tribus Rom. erexere, easdemque subvertere L. Sylla introitu. Plin. l. 34. c. 6.

Cum debellaret M. Antonium Octavianus consul, collegam cooptavit filium Ciceronis: ejus in magistratu, Antonii statuas Senatus deiecit, omniaque abrogavit ejus alia ornamenta. Decevit insuper, ne quis ex Antoniorum gente Marcus nominaretur. Ita ad extremum ultio Antonii divinitus ad domum fuit Ciceronis reducta: quem ipse crudelissimum interfecit, dum curaverat. Plut. in Cicerone. Statuae ejusdem deiectione sunt, etiam Alexandriae. Cleopatrae, loco non motae. Imperavit amicus ejus Archibius a Caesare mille talentis, ne cum H. Antonianis convellerentur. Plut. in Antonio.

FAVORINUS Gallus philosophus statuam promeruerat: quae tamen Athenis, eo quod Imperator Adrianum odio habebat, disiecta est. Philostratus.

Passus est Pertinax Caesar omnes Commodi Imperatoris statuas Senatus decreto aboleri, nomenque ex omnibus publicis privatisque locis tolli permisit. Sab. l. 5. Enead. 7.

LICINIUS Antiochiae Maximinum tanquam tyrannum, publico decreto novavit, statuas, ac tabulas, quae illi, ac filiis ejus positae fuerant, sustulit. Sigon. l. 3. Imp. occid.

Julius II. Pontifex Bononiam a tyrannide Bentivolorum liberarat. At ubi Ludovicus XII. Gallorum rex Julium armis persequi cepit, Bentivoli per Trivultium Gallicum duces restituti statuam aeneam, Julio lib. ratori in fastigio templi maximi positam concitata plebe detraxerant, conspurcatamque sedifimum

argueretur, & ad dictos propria manu liberare: regni affectati A suspicione in carcerem conjectus, Populi consensu liberatus est. Sed rursus in eadem culpa, & gravis cum perseverasset, regnum appetisse iudicatus, damnatus, & de saxo Tarpejo praecipitatus est. Ergo & domus ejus everta, duobusque locis convessita, vasa est quondam, in area aedes Monetae erecta: bona publicata sunt, Genititas ejus, Manlii cognomine, juravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. M. Flaccus, qui cum C. Graccho contra salutem Reipubl. fecerat, & Senatus sententia interfectus, & ejus domus diruta, & publicata est: in qua porticum fecit aliquantulum post. Q. Catulus de manubus Cimbricis. Sed & macellum & Macello dictum est, ejus, quae illic esset antea, domus publice fuerit diruta. P. Arodius ex M. Ferrone l. 4. de Lingua Latina: Cicerone pro domo sua: & Plinio, de Viris illustribus. & Plut.

P. CASSIO suis suspicio concupitae dominationis nocuit, quam tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphus profuerunt. Senatus enim, populisque Romanis non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superperit, ut penatum quoque frage puniretur: in solo autem aedem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat, nunc religiose reverentis monimentum est. Val. Maximus l. 4. c. 4.

L. SYLLAE domus a C. Mario everta. Sab. ex Plut.

CICERONIS domus a Clodio diruta, quod adversus se, de violatis Bonae deae sacris, testimonium dixisset. Plutarch. in Cicerone.

AUGUSTUS CAESAR Ovidii Pollionis crudelissimi hominis domum funditus evertit, atque in eo loco Liviae porticum aedificavit. Dion. Nicaeus in Augusto.

BOEMUNDI TRIPULI Veneti tyrannidem affectantis domus in macellum conversa. Egnatius l. 6. c. 8. Similiter quoque Marini Falerii domus diruta, ipso capite multato: quod deprehensus esset cum quibusdam plebeis conspirasse, ut ex duce, cujus potestas moderamine finita est, tyrannidem invaderet. Fulg. l. 6. c. 3. & Egnat. l. 3. c. 4.

Petri Craonis perduellionis aedem solo aequata Parisiis: quod & Ludovicus, Caroli VI. Francorum regis fratris, Mediolanensis ducis, occultos amores uxori detexisset, & postea magistrum equitum ex iniqua suspicione gravissime vulnerasset. Amilius lib. 10.

CAROLI SAVOISIT domus ad D. Catharinam in valle Scholarium Parisiis anno 1404. demolita, quod puer ejus equitans unum & studiosius luto aspersisset, ortoque tumultu inter cives, & studiosios, quidam sagittam insipum chorum D. Catharinae, ubi Rector sacris solemnibus intererat, contorsit. Permissu videntem Academiae reaedificari cepta post 112. an. Egid. Corvoctem in Antiq. Paris.

CAROLUS VI. Francorum rex, cum peronstatum in Joanne Borboniae reginae viduae aedibus ad D. Marcellum propè conflagrasset, domum funditus demolendam curavit, ut locus regis fastidium lueret. Idem.

JULIUS II. Pontifex, Joannem Bentivolium, Bononienfium Principem, Bononia expulit, ope Gallorum adjutus. Domus ejus incomparabilis structurae, quam media in urbe aedificarat, ut abominandi dominantis memoria tolleretur, concursu populi a fundamentis everta est. Jovius.

POLLUTA, FOEDATA STERCORE. Tarsensis quidam ventrem habens lubricum, noctu stercore odium Athenodori Stoiici fodavit. Ille cum seditionem acriter in concione reprehenderet: Urbis (inquit) morbus, D & malus habitus, tum ex multis rebus, tum ex excrementis percipi potest. Strabo l. 14.

Insignita. Cornua bubula Veneta puellae probril loco affixa fuere ab Aloyfio Antonii Veneriducis Vencorum F. Indignante illo, quod ducis filium, plebei sanguinis puella sperneret. Egnat. l. 5. c. 8. & l. 6. c. 3. & Fulg. l. 5. c. 8.

Vide Averterium, & Cornu.

VILLAE EVERSAE, PUBLICATAE.

Cum Romani Leonem IV. PP. cognovissent morbo lethali correptum, collecta manu, omnia praedia, quae idem Pontifex in singularium civitatum tenentis nuper construxerat, diripuerunt, immisioque igni cremarunt: hinc Romam properarunt, quae sibi erepta querebantur, violenter ablati. Amianus l. 4. c. 101. de Francis.

Abiectio ignominiosa. non dicitur
 A Cùm Aristobulus Alexandro Magno in poemate quodam suo ita regi assectatus esset, ut cum elephantos interimere, turres prosternere, muros perfodere diceret: indignatus rex: Apagē isthac, inquit, mendacia, quæ vera etiam si essent, possent in mendacii suspitionem venire. Et simul librum in profucentem Hydaspum abiecit: familia auctori minatus, si tale quid in posterum ederet. *Cyraldus Dial. 3. de Hist. poet.*

MONETA LUDIBRIO HABITA.
 Sub-an. Christi 1458. Constantia panegyris ballistiarum indicata fuerat, & præmissi eo invitati vicini, qui ballista certarent. Convenerant etiam Helvetii, tum temporis propter jugum Austriacorum excelsum in magna admiratione, & invidia Lucernensis quidam Constantiensis hospiti satisfactorius, inter cætera numismata æsem quoque Bernensem protulit, quem ille petulanter Vaccinum æsem, *ein Kueblapart* appellans, ut adulterinum, & malè ominosum respuit, hominumque nonamentorum nummi inter homines utendum cavillatus est. Lucernenses hæc sui civis ignominia moti, Helvetios ex fœdere ad arma vocant. *Stumpfius lib. 5. Helvetia cap. 25.*

TESTIMONIA IGNOMINIOSA,
HUC PERTINENT
Obscuritas nominis Inglovii.
 Ignoti homines.

Cùm de Pyramidibus Ægyptiis varii auctores Græci scripserint: inter eos tamen omnes non constat, à quibus factæ sint: iustissimo casu obliteratis tanta vanitatis Auctoribus. *Plinius 136. c. 12.*

VITUPERATIONES

gocose, Urbane.

FRIDERICUS III. Rom. Imperator an. 1458. per brumam parvo comitatu ingressus Italiam, contendit ad urbem, nemini formidabilis, paucis etiam venerabilis. Excepit illum Paulus II. Pontifex perbenigne, multa cum illo conferens de Republicæ Christianæ statu. Vivere tum cernebant Fridericum Itali, quod antea difficulter credere: qui nulla insigni edita opera se vivere declararet. Solebant enim per contemptum ex Germanis Itali querere, viverent, an mortuus esset Imperator, quem nullis suis injuriis, nullis Republicæ Christianæ detrimentis, commoventem se audivissent. *Crantz. lib. 13. Vandal. c. 1.*

Amarulenta, Acerba, Invidiosa, Colammia.

P. Clodius Trib. pleb. audacis. cùm Gn. Pompejum contemneret, qui tamen in ejus gratiam Cicronem amicum non defenderat, parentem habens colluviem hominum projectæ petulantie, & dissolutionis, loco consistens conspecto, ita quæsit: Quis est Imperator protervus? quis vir virum quærit? quis uno digito caput scalpit? Illi, ut chorus alternos versus concinens, concutiente togam illo, ad singula magno clamore responderunt: *Pompejus. Plut. in Pompejo.*

Salsa, dicitia, Sales, Scemmata.

Uno de Antigonis Macedoniae regis amicorum grege Aristodemus, qui patre prognatus dicebatur coquo, consulente ei, impensas, & dona præcederet: Oratio tua, inquit, Aristodeme, olet jus. *Plut. in Appob.*

Publica. Proscriptio publica.
Confute Titul. Exilii. Illic Servitutis, hic Ignominia ratio habetur.

OFFICIA HONORIFICA NON DELATA.
Non assurgendo.

SERAPION Ægyptius, archidiaconus à Jo. Chrysofomo factus, cùm aliquando eo sedente præteriret Severianus Galbansenis antistes, cum quo simulatas exercebat, ei assurgere noluit, Severianus hunc contemptum exgrè ferens, ei assurgere noluit, Severianus hunc contemptum exgrè ferens, dixit: Si Serapion Christianus fuerit mortuus, Christus non est homo factus. Hanc arripens occasionem Serapion, Severianum apud Chrysofomum accusavit, quod absolutè dixisset, Christum non esse hominem factum. Itaque Severianus à Chrysofomo in exilium ejectionis est. *Socrat. 1.6. c. 11.*

VALENTINIANUS I. Imperator, cùm aliquando adveni se D. Martino non affuerit, atque etiam rem quandam peccenti subtritus repulsum dare (insurgit à Justina uxore Ariana) statim flamma à solo sursum versus emicavit, affuerit in vitus: & miraculo perterritus penita concessit, multoque deinde honore afficeret Episcopos pariter, & presbyteros cepit. *Marul. 1. 3. c. 5.*

Non accurrendo.

T. MANLIO Cof. devisis Latinis Romam venientis, seniores tantum obviam processere: juvenes ipsa, quia illum victorem occidisset, & tunc quidem, & in omni vita tantum vitæ postea averfata. *Sub. 1. 3. Etn. 4.*

Cùm Alexandrinus Episcopus Theophilus Eutychemus, ad Synodum contra Eutychem coactam ingrederetur Constantiopolim, non esse ipsi à clero, vel quoquam processum obviam, quod alias fieri solebat. *Niceph. 1. 13. c. 15.*

Non assidendo, Non comitando.

L. CATILINA, inita contra Republicam conjuratione, cùm in Senatum sese purgandi causa venisset, nullus Senatorum ei assidere voluit, sed relicti sublellis in contrariam partem discesserit, & dicere conanti streperet. *Plut. in Cicervone.*

Romani equites cùm defluxis moribus degenerarent. Tibertius Casar, ne equites in posterum Imperatorum latera tegeant, edicto vetuit. *Alex. ab Alex. 1. 2. c. 10.*

Non aperiendo caput.

Cùm Turcarum Legati Dracula Valachia principi caput non aperuisse ejus patrie insititit: Dracula tres capitibus eorum clavos affixit, ne amplius pilea amoveri possent. *Bonfin. 1. 10. Decad. 3.*

OFFICIA IGNOMINIOSA.
AD QUEM LOCUM PERTINENT
Ostenfo Ignominiosa.

DIOGENES Cynicus hospitiibus quibusdam Demosthenem videre cupientibus, non indice digito, sed medio porco dædemonstravit, parvum virtum inmensus, & effeminatum. *Laert.*

UMANUS sub Claudio Casare Judææ præfectus, solemnibus Paschatis diebus Hierosolymis aliquot Romanorum militum cohortes ad templum præfidii gratia locavit: quibus cùm miles unus populo pudibundam ostendisset, Judæi arbitrati in id Judaicæ gentis contumeliam factum, adeo in milites exarserunt, ut cum faxis, fistibusque adversus milites res gesserent, contra autem armis se milites defenderent, Judæorum circiter viginti millia desiderata fuerit. *Josep. 1. 20. c. 4. Antiq.*

Deductio ignominiosa.
Vide Tit. in triumpho ducti. Item infra. Gestatio ignominiosa.

PAULUS quidam Græcus, Narbonæ tyrannidem contra Barm Gothorum in Hispania regem invaserat. Sed Nemausi captus à Bamba, in triumpho corona picea redimitus ductus est, effossis oculis, cum comitibus, decalvatis capitibus, raris barbis, pedibus nudatis, indutus sacco, camelis impositis. Urbe Toletana carceri perpetuo mancipati. *Rodericus Tolet. lib. 3. rerum Hispanie, c. 10.*

DEHONESTAMENTA QUO AD Animum. Cujusmodi sunt
Disciplina interdita.

Mitylenenses, cùm matris tenerent impetum, Sociis, qui desciverant, hanc penam imposuerunt, ut liberos suos non H docerent amplius literas. *Ælian. 1. 7. Var. biflor.*

Cùm Poeta quidam de plebe, L. Syllæ proscriptorum bona vendenti rude obtulisset epigramma, alteris tantum verbis longiusculis: Et statim Sylla partem bonorum, quæ vendebantur, largitus est, ea tamen conditione, ne quid in posterum scriberet. *Cicero pro Archia.*

JULIANUS apostata Christianos à Græca philosophia addiscenda accere nitebatur, ut ingenii cultu destituti, minus Ethnicis philosophis resistere possent. *Euseb. in Hist.*

Arcana non communicata. Consilia occultata.

Huc refer eos, qui alios indignos censent, quibus vel consilia, vel dogmata, vel arcana quævis alia communicant.

Polinodia ignominiosa.

Poloni mendacii retractationem ignominiosissimam cùm latratu canino faciunt. Quam etiam Gnevoßius Dalevicius subacmerarius Cracoviensis edere coactus fuit, cùm Heduigim reginam adulterii cum Gulielmo Austrii in absentia Uladislai Jagellonis regis falso infimulasset. *Cromer. lib. 15.*

DEHONESTAMENTA QUO AD CORPUS.
Huc referatur Tit. Suppliciorum. Quatenus Dolor iis jungitur, ad Malacorporis pertinent: quatenus Ignominia, hujus sunt loci.

CASTRATI IGNOMINIOSE.
 Effeminatos Romani Gallos vocant: eo quod de hæc gente Romani truncatos libidine, in honorem Atyrs sacerdotis illius manciparint, ut Galli, qui urbem Romanam ceperrant, hæc fecerantur ignominia. *Her. in Osee c. 4.*

ACTATIS IGNOMINIOSUS.
 Cn. POMPEJUS bello Sertoriano, Laurone urbe capta, gregario Militi oculos eruit, quod per contemptum obfocens partibus indigenæ mulieris medio tumultu oblata digitos adegisset. Quod exemplum Sertorius imitatus, totam cohortem ob eam injuriam interfecisse dicitur. *Sab. 1. 4. Etn. 6.*

Malabares Indi nobilitatem tam religiose custodiunt, ut si nobili ignobilis occurrans illum quoquo modo tanquam majestatis reus impune occidant. *Ost.*

CONSTUPRATIO, PROSTITUTO IGNOMINIOSA.
Sub intemperantia loco Libidinis habetur ratio. Hic ipse scopus consideratur, quatenus Libido Ignominia obfetricatur.

STIGMATIBUS NOTATI.
 Stigmatis, sive stigmatici appellati, quibus ob infigne flagitium notis inurebatur corpus, & fons in primis, sicuti commentum Seneca: unde inscripto vultu nominat scitissime Plinius, & Tracie note in proverbium adducta: quamquam illis gentibus nobilitatis loco censetur, ut auctor Herodotus est, prætulisse fontem notatam punitis. Quæ, quia literarum formam quandoque ostentarent, non stigmatis modo, quod Nonius est interpretatus, sed & Literati quoque ita inusti dicebantur. Non nunquam etiam Celati, & Istriani, quoniam Istri accolæ punitis ita urantur. *Cælius 1. 7. c. 12. Antiq. Lect.*

Thracæ Uxoribus ob interfecitum Orpheum infensu, ut scribit Phanocles apud Stobæum sem. 62.

*ad dicitur etiam, in xpi ovisque exora
 Kaita, curiaq; ut dicitur in xpi
 Pteris d' opus xpiis et xpiis xpiis
 Et in xpi, xpiis xpiis xpiis xpiis.*

Suas uxores pungebant, ut in corpore signa gerentes livida, & diræ cadis non obliviscerentur. Quin etiam ad sumendum pænas pro Orpheo occiso, stigmata insignit mulieribus adhuc hodie.

Literatos Samios, id est, *στυγματιστάς* dicit, in Babylonis significari ab Aristophane, competum nobis est: in quorum frontibus Atheniensis, sicuti scribit etiam in Pericle Plutarchus, stigmata inuissent: unde jactatum vulgò, Samiis neminem esse literatorem. Etiam hoc inde effluxisse malunt aliqui, quod in Samiorum republica Aristoteles scriptum reliquerit, illos quandoque à tyrannide oppressos, inopia civium servos quoque ad publicam admittisse curam: vel quia in Samo quatuor, & viginti literæ sint competæ primùm. Sunt qui noctuæ, alii verò samæna notam illis inuistam velint. Est verò samæna navigium dierotum, hoc est, bireme, rotundum, concavum, ad ventris similitudinem formatum, ut mare percurrere, & celeriter converti possit: cuius auctor extiterit omnium primus Samiorum tyrannus Polyocrates: unde etiam dicit samænam, interpretatur. *Plut. Alii Samænam, numisma intelligunt. Atheniensium frontibus inuistam ad Syraculanis equi imaginem, prodit Plut. Cæli. 1. 7. c. 31.*

D Cùm exercitus Romani Irenem Imperatorem coegissent, ut submotum à se filium Constantium solum sineret Imperare, Armeniacus exiret id adeo tulit indignè, ut de Alexio cogitaret Imperatore creando. Constantinus seditiosus auctores interfecit, reliquos proscriptit. Mille vindictam in urbem duxit, eorumque faciebis inscripsit atramento, Armeniacus infidiator. *Paulus Diaconus.*

HABDALLAS Saracenorum dux sub Constantino Copronymo, Judæis, & Christianis Hierosolymæ degentibus characteres Mahumedicos inscribi curavit. *P. Diar. 1. 22. rer. Rom.*

Joannes Calvinus magnum illum Reformator, ut ajunt, Ecclesie lumen, ob probate Sodomie scelus, candentia lilia inter scapulas accepit Novioduni. Vide fufius Tit. Heretic.

VENÆ SECTIO IGNOMINIOSA.
 Olim Militibus, si qui quid graviter deliquissent, ignominie causa incidebatur vena, id appellabant sanguinem mittere. *M. Tul. in eadem Ep. Miflus est sanguis invidia sine dolore. Sentit se liberatum aliqua parte invidia, quod in*

eo judicio non valisset ipsius testimonium, idque citra dolorem suum, quod omnes scirent, judices fuisse corruptos. *E. Erasim. in Adog.*

VERBERIBUS, PLAGIS, FLAGELLIS CÆSI
 per ignominiam.

Alapis cadi ignominiosum, & hodie est, & olim fuit. Colli potest illud ex facta historia. Nam & Michæas à pseudo-propheta ob vaticinium veritatis alapa cæditur, & Christus optimus maximus ab impio milite, & D. Paulus à sacerdotis servo.

ARTAXERXES Mnemon ducibus, si quid deliquissent, ignominie loco detractas vestes flagellari, & pro capite depilando thiam depilari iussit. *Alex. ab Alexandro.*

DAGOBERTUS Clotharii II. Francorum regis F. admodum adolescens, Sadregisillum à patre designatum Aquitanie præfectum, detracta veste loris cæcidit, & ut ille barbam more ejus ætatis aluerat, totodid, abrafitque: quod non quam reverenter filium regis oporteret, se ab eo observari existimaret: offensus in primis, quod ille convivio frequenti contra se accumbendi locum elegisset, poculoque ex ejus manu, oblitus per vinum majestatis, id quod tantum inter pares fieri afoletet, F ultrò sumpto bibisset. *Æmil. 1. 1.*

PETTI POMIS, PANE, NUCLEIS, LAPIDIBUS
 ignominiosè.

ALEXANDER Judæorum rex, in festo scenopie sacrificatus, citris à populo impetitus fuit per ignominiam, indignum iactante, qui sacris operaretur. Ille occidit eorum circiter sex millia. *Josep. 1. 13. c. 21.*

CLAUDIUS CÆSAR consul, adhuc vivente Caligula, quoties post cibum odormifceret (quod ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum oßibus incescebatur: inter dum ferula, flagrove, velut per ludum excitabatur. *Suet.*

Insigni quadam annonæ caritate Pop. Rom. fame urgente Claudium Imperator clamore, & convicio in publico exceptum fragminibus panis ita infracit, ut fugientis similis per posticum sese in palatium receperit. *Sab. 1. 10. c. 7.*

Ann. 431. annona Constantinopoli laboratum est. Theodosius I. Imperator cùm ad horrea publica levandæ inopie causa procederet, à populo esuriente lapidibus appetitus est. *Sig. 1. 12. Imp. occid.*

Cùm nuper anno 1621. finito induciarum Belgicarum termino, Petrus Peckius Brabantine Cancellarius ad ordines Hollandicos cum mandatis Archiducum Alberti, & Isabelæ proficisceretur, & Dordracum appulisset, à tumultuante plebe, quæ ad portum concurrerat, sibilo exceptus, eisque comites lapidibus, & cæno ignominiosè impetiti, vix discrimen vitæ evaserunt.

TONSURA IGNOMINIOSA.
 Cùm David Misisset Legato ex suis ad Hanon regem filiorum Ammon, qui cum patris mortem graviter crementem suo nomine consolarentur, ille suspiciatus eos venire ad explorandum terræ situm, rerumque statum: rasis illis capita, præciditque tunicas usque ad nates, atque ita ignominia notatos domum dimisit. *Paralipomenon lib. priore, c. 19.*

PETRUS cùm Antiochiæ concionaretur, fuit illi ab improbis summum capitis abrafum, ludibrii causa. *Beda.*

Argivi cùm comati essent (unde *κατακλινομενοι* dicuntur) vidi, à Spartanis comam depoluerunt ex voto tantisper, dum Tircas recuperarent. *Herod. 1. 1. & Plut. in Paretelidis.*

M. TER. VARRO consul, post cladem Cannensem, barbam, & capillum submisit, stans tantum, cœnavit. *Front. 1. 4. c. 5.*

Constantinopolitanis quibusdam ob eadem Genuenium H mercatorum barba fuit ab Imperatore rafa, quæ multæ apud eos ignominiosa habetur.

ARIPERTUS Taurinensium dux, urbe munitissima Bergomopotius, captum in ea Rotharim ducem detonsumque (quod erat maximum in Longobardis opprobrium) post paucos dies jussit simul cum Luitperto regio puero jugulari. *Blondus Dec. 1. 10. & Polyd. 1. 4. c. 8. de rerum invent.*

L. AQUEO NEXI.
 SUMERLEDUS Argadiæ Ithanus, à Scotorum rege Alexandro II. deficiens, à comite Mercharium victus, suspensus ex collo laqueo, supplex ad regem veniens, veniam impetravit. *H. Boetius 1. 13.*

STATIO IGNOMINIOSA.
 Bello Punico I. Sempronius Gracchus contra Hannonem ad Beneventum prosperè pugnavit, exercitum magna ex parte constantem habens, ex Volonibus, qui ex servis milites facti erant. Postero die militibus ad concionem vocatis, posteaquam optimè meritis militibus præmissi donavit, ad Volones convect-

conversus, est ad quatuor Millia eorum erant, quae segnis A pugnarent, timerentque potius supplicium, quam praemium sperarent, quod populo Romano, & ipsis bene verteret, omnes liberos esse iussit. Unum adiecit, velle, ac jubere se, quando publica fides perfoluta esset omnibus, ut qui eo die minus strenue dimicassent, iurjurando adigerentur, ne quamdiu stipendia facturi essent, cibum ipsi stantes caperent. Sab. l. Ann. 5.

GESTATIO IGNOMINIOSA. ASINIS CIRCUMVECTI.

Apud Cumanos in *islandis* mulieres dicebantur adulterae, quae in asino circumductae fuissent per totam civitatem, redactaeque ad lapidem, in quo sistentur, ut omnibus ignominiae spectaculo essent. *Erasmus in Adagiis, ex Pliutarchi Problematibus.*

Constantinopolitani Andronico Imperatori, quia cum fore stuprum patrafset, Alexique pupillo interfecto omnem prope modum nobilitatem sustulisset, abrogare primum impetum: in ordinem inde redactum, altero privaverunt oculo. B asinaeque aversum, bestiae caudam pro sceptro habentem, pro diademate restem, imposuerunt; per urbem inde circumvererunt, viris, feminisque in eum protra jacentibus, lutumque, & alia foediora dictu in praeteritum congerentibus. *Sabell. l. 8. c. 4.*

Obfessa, & a Constantino capta Constantinopoli, fugiens Attabadius Imperator dictus, pariter cum duobus filiis captus, oculisque privatus est. Eum cum filius triumphaturus Imperatorem in theatrum, dum certamen equorum fieret, per Dippium duci iussit, asino retrorsum insidentem, & caudam manibus tenentem, prius tamen verberatum. Id quod olim Germanus patriarcha vaticinatus erat illi, cum baculo veluti fenex innixus, pedem percussisset: Noli (inquit) accelerare, nam te Dippium expectat, licet postea Ecclesiae restitutus sit, cum ignominiose per totam esset ductus civitatem. *Cuspp. A. D.*

Post Calisti II. e Gallia in Italiam adventum, Gregorius VIII. pseudo Pontifex ab Henrico V. dictus Surtii se contumaciter. Calistus ad Surtii obfidione Joannem Cremonensem Cardinalem misit. Gregorius a Surtinis subito deditus, & camelum verso in caudam ore impositus, Romam ignominiose C reductus, omnibus ludibrio fuit, demum in Cavenne monasterium inclusus, inglorius mortem oppetiit. *Sigonius lib. 10. regi Italiae.*

JOANNES XIV. Leoni IX. successerat. Romani captum in Campaniam exulatum miserant. Mense XI. sui exilii Romam rediit. Otho Imperator re cognita, consules in Germaniam misit: Decarchones laqueo suspendit: Petrum urbis praefectum sunt qui scribant excarnificandum Pontifici tradidit, abstrata barba, capillis suspensus ad caput equi Constantiniani aliquandiu stetit, inde asino superimpositum, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis per urbem ductum, & virgis caesum, in Germaniam exulatum missum. *Platina.*

CRESCENTIUS consul Romanus ob dejectum Gregorium V. & substitutum Joannem XIX. Pp. ab Othone III. Imper. equo praeposterè impositus spectaculo loco circumducitur: ejusque membra paulatim praefecantur: tandem ante urbis moenia de patibulo suspenditur. *Naclerus, Boninus, & Antoninus.*

BEATRIX AUGUSTA, Frederici Aenobarbi uxor, cum desiderio videndi Mediolanum venisset, a Mediolanensibus asino D averfa imposita, & circumducta, urbe tandem eicitur, puero rum gregibus caeno abeuntem incensentibus. *Guilhelmus Paradisus de antiquo statu Burgundiae, c. 8.*

LOCUS IGNOMINIOSUS. IN THEATRO.

DAMONIDAS, cum à chori magistro postremum in choro locum accepisset: Euge (inquit) choragae reperisti, quo pacto, & hic locus, cum per se sit inhonoratus, fiat honorificus. Generosus adolescentis animus, qui fiducia sui non metuit, ne locus abjectior esset dedecore: sed citius futurum arbitratur, ut per ipsum locus fieret honorator. *Plut. in Lacon. Hoc alii Agesilao tribuunt.*

OTHONIS lege decoctoribus, qui fortunæ naufragio, non suo vitio decoxisissent, certus in theatro locus constitutus erat. His quoque, qui artem ludicram exercissent, ne in quatuordecim sederent, eadem lege cavebatur. *Alex. l. 5. c. 16. Convivio.*

DIONYSIUS tyrannus succensens Aristippo philosopho, hominem ad cenam vocavit, & iussit eum in convivio inf-

rum omnium accumbere. Hic Aristippus nihil offensus: Hunc, inquit, locum, dices, illustrare vis, ac honorificum reddere, significans, non locum reddere hominem viliores, sed ex dignitate hominis honorem addi loco. *Laert. l. 2. c. 8.*

CLAUDIUS Consul, prius quam ad imperium evectus esse, contumeliosè obnoxius vixit. Nam si paulo serius ad praedictam cenam horam occurrisset, non nisi agere, & circumto demum tricinio recipiebatur. *Suetonius in ejus vita.*

HILARIUS Pictaviensis episcopus in confeslu episcoporum Arianorum non admisus, terram miraculosè pro sede habuit. *HOSPITIUM EREPTUM.*

Ephæstion Evio tibicini zedes tribuit, quas pueri Eumenis hero suo priores ceperant. *Vide Tit. Hospitia honor. vindicare.*

LECTI IGNOMINIA.

Dacæ circa Istrum ad septentrionem Pontum accolunt, tam severa militia, ut cum adversus Basternas semel male dimicassent, Odoris regis iussu coacti sunt tamdiu uxoribus ministrare, & somnum capturi oberitis in imas stibidi pares capibus curbare, quoad bellica virtute eam ignominiam delevissent. *F. Jusin. l. 32. Sab. l. 8. An. 5.*

VESTITUS IGNOMINIA. HUC VESTIUM.

Ablatio. Denudatio ignominiosa.

L. CALPHURNIUS consul, Praefectum equitum, quod arma hosti tradidisset, laciniis abessiss, discincta tunica, & nudis pedibus, ad principia per omne tempus militiae adeste iussit. *Val. l. 2. c. 2.*

Ambustio, Scisso.

Papienses an. 1108. Derthonensibus vindicatis, iram in socios eorum Mediolanenses verterunt, atque inconsultè nullis accitis auxiliis, episcopo suo duce in fines eorum cum populo, & militibus irruerunt. Verum mox occurrentibus Mediolanensibus, brevi, quam vana sine viribus esset audacia, didicerunt: nam collatis signis in fugam versi, plerique eorum una cum episcopo capti, atque in custodias dati sunt: inde certo die in forum omnes producti, succensis ad vestium oras palatum ignominiae causa manipulis, incolentes domum paternam. *G. Sigonius lib. 10. regni Ital.*

Deonestatio. Vestes inhonestae.

Atheniensium Mulieres Doridem vestem mutatae coactae, ob interfectum a se filium vestimentorum nuncium unicum superstitem è praelio, quo Atheniensis ab Argivis, Aeginetis opem ferentibus, caesi fuerant. *Herod. l. 5.*

Acragantini à Phalaride liberati lege sanxerunt, ne quis pallium glaucum ferret: quod Tyranni pliculores glaucis subligaculis usi fuissent. *Plut. in praecipis Politicis.*

Messenii à Spartanis subacti inter alia etiam ad hoc coacti, ut cum uxoribus vestem mutata, regum, & omnium funera profecerentur. *Pausanias in Messenicis.*

SORDIDUS PERFUSI.

Romanorum legati sordibus perfusi à Corinthiis. Eoque nomine Corinthus à L. Mummiio Achaiae solo aequata est, & reliquis usque ad Macedoniam tractus sub Rom. cessit imperium. *Strab. l. 8.*

In Bibulum Cos. legi agrariae Caesaris collegæ repugnantem, dum ad forum pergit, copinum stercorei proijcere, & licitorum faeces fregere. *Plut. in Catone minore.*

Servi Picensis inter Sarmatas rebellantes, à Constantino Imperatore victi, deditique, in Pannoniam translati. Regio ab illis Servia dicta. Paulo post iterum rebellaverunt. Quam ob causam Constantius è Syria in Valeriam profectus, ac undique cinctos exercitu servos è suggestu concionabundus ad pacem hortatus est. Ibi quidam Sarmatarum calcem impletum stercore humano in faciem concionantis Imperatoris projecti: inde populares in Romanum principem impetum fecerunt: sella regia cum aureo pulvinari directa est. Verum omnes à Romano milite irato trucidati, ne uno quidem superstitite. *Aventin. l. 2. A. D.*

ALVUS CITATA.

Liddæ Hebraus quidam sapiens, & *Democritus* dictus narrabat hujusmodi fabulam. Sedechias, inquit, à Nabucodonosor rege excaecatus in Reblat, hoc est, Antiochia, variisque irritis modis, ductus est Babylonem. Ubi cum quadam die Nabucodonosor convivii festa celebraret, iussit ei dari potionem, qua hausta venter potantis solveretur in fluxum: ac fu-

ac subito introductum ante ora epulantium, compulsumque A viventis pollurum fuisse stercore: & hoc esse, quod *Habacuc* c. 2. dicit: Væ, qui potum dat amico suo, mittens sel suum, & inebrians, ut afficiat nuditatem ejus, & ignominiam pro gloria, quod scilicet ille, qui rex potentissimus fuerat, ad tale dedecus per eum fit deductus. Unde & comminatur ei Deus, quod & ipse bibiturus sit hujusmodi potionem, & passurus omnia, quae passus est Sedechias. *Hieron. l. 1. in Habacuc, c. 2.*

MORTE INHONESTA SUBLATI.

Consule locum, *Mortis variae. Hic solis Ignominia*, quae morti junctae est, ratio habetur.

MORTUI IGNOMINIA AFFECTI.

De his supra egimus respectu ejus scilicet, qui Ignominia efficitur.

DEHONESTAMENTA QUOAD

Fortunas. Ut

MENDICITAS, IGNOMINIA.

TOXIS Hunnorum rex, suscepta Othonis Imperatoris tempore in Galliam expeditione, cum in reditu Rhenum trajecisset, quam primum Germaniam attingit, exercitum praeda onustum in tres partes dividit. Ex quibus, cum tertia Pannonias repeteret, eam Saxones ad Isevacum Turingae civitatem adorti, praeter septem, quos vivos ceperant, omnes trucidarunt: eosque, amputatis auribus, ut illatum suis cladem referrent, in Pannoniam dimiserunt. Hi, quod cum suis mori recusassent, ita multati sunt, ut omnia eorum bona in arianum publicum relata fuerint: ipsi ab uxoribus, ac liberis abdicati, nudis semper pedibus incedentes, per singula in castris tentoria victum mendicare, nihil usquam proprium possidere iussi sunt: perpetuaeque demum ignominiae nota Lazati, & Mendici sunt appellati. *Bonfin. l. 10. Dec. 1.*

OFFICIA TURPIA, FOEDA.

imposita.

Ex loco Servitutis huc quaedam. *Illic Subjedio, hic Ignominia consideratur.*

ARBACES defector, qui prius ab Artocerxe ad Cyrum, post de Cyri interitu certior factus, rursus ad Artocerxem se verterat, ignominie nomine nudam meretricium humeris C tota die circumtulit: quae lumina est apud Persas ignominia. *Plut. in Artocerxe.*

Bruttii Italiae populi ob defectionem à Romanis ad Hannibalem, superatis Pœnis ignominiae causa lorarii facti sunt. Nec amplius milites ferebantur, aut pro sociis habebantur, sed magistratus in provinciis cunctibus parere, & levorum vice praeinstrare cogebantur. *Aerodius ex Strabone l. 5. in ex Galia l. 10. c. 3.*

LYSANDER in Asiam cum Agesilao profectus, quo rex, ut principie amicorum uteretur, ignominiae causa ab rege carnum dividendarum muneri praefectus est, nullam aliam ob causam, quam quod plurius ab incolis haberetur, quam ipse rex, idque ob veterem consuetudinem, quam antea cum illis contraxerat. *Plut. in Lysandro.*

Apud Spartanos noxae manifestae reum, aram quandam oportebat ex urbanis circulate, probra cantantem in se composita: quod nihil erat aliud, quam semetipsum perfringere. *Plut. in institutis Laconicis.*

Sylvarum curam fuisse inter officia consulis, ex Suetonii D Caesare liquet. Id quod, cum ab senatu ad occupandam extorri consilatus auctoritate decretum esset: *Maro in 4. Ecloga ad Pollionem: Si canimus silvas*, inquit, *silvas sicut consule digna*, ut quantum depressisset Consul dignitatem Senatus ad sylvarum usque humilitatem, tantum suis versibus, novaque materiae dignitate extolleret ipse silvas ad fastigium consulatus. *Scaliger l. 1. Poeticæ c. 4.*

VAERIANUS Imperator, cum ductu cujusdam sui ducis, cui summam rerum commenda verat, in ca loca esset deductus, sive fraude, sive casu, unde nullis viribus, nullo consilio, nulla industria clabi poterat: captus à Persis, misera servitute apud Parthos confensit. Quoad enim vixit rex Sapor, eo incurvato pedem cervicibus ejus imponens, equum ascendere solitus erat, pro scabello eo usus. *Cuspp. A. D.*

HENRICUS III. Imperator Vindelicus propè Oceanum habitans vicis, & Teutonens in ea loca colonos dedit. Quatuor Regulos illorum, in acie captos, festis diebus coquinarium exercere coegit, ignominiae causa. *Martianus Michovius l. 1. c. 12. de Sarmatia Aethna.*

Mediolanenses multæ pudendo ficos eximere coactæ à Pri-

derico Aenobarbo Imperatore, quod antea Beatricem Augustam uxorem Mediolanum urbis videndæ desiderio prolectam, E strigoso asello praeposterè imposuissent, ac pro frano cauda uti coactam, denique per compta diu circumductam, urbe eiecerunt, puero rum gregibus caeno abeuntem incensentibus. *Guilhelmus Paradisus de antiquo statu Burgundiae, c. 8.*

ARNOLDUS Archiepiscopus Muguntinus, contra Hermannum Palatinum comitè bello gesto sub Frederico I. Imperatore fulmine excommunicationis victos hostes, canes per ignominiam portare coegit, atque ita in gratiam recepit, an. 1155. *Appendix. Mariani.*

EVERHARDUS Comes, Contradi I. Caesaris frater, contra Othonem I. Caesarem conspiraverat, & urbem Bruningi, quae vocabatur Eliveri, succenderat, interfectis omnibus. Otho multam illi centum talentorum indixit: socios vero ejus in urbem Magdeburgum, carnes tributi nomine deducere coegit. Ea injuria accensus Everhardus, cum aperte rebellasset, ab Othone ad Brisacum caesus est. *Crantz. l. 3. Saxoniae c. 15.*

TAMBERLANES Tartarorum rex, Bajazethem Turcarum tyrannum acie victum, captumque, sibi equum consensuro climacis usum, in fetrea cavea circumductum, praestare coegit. F

MAGISTRATU DEJECTI, PRIVATI, prohibiti.

Huc confer Tit. Magistratu prohibitorum, Amagistratu dejectorum. *Illic Ordinis, à quo deiciuntur, hic Ignominie habetur ratio.*

MARDONIUS Gobryis F. gener Darii, ob filiam Artozosttram, cum naufragium ad Achon montem passus esset, praefectura dejectus fuit (erat enim dux exercitus Persici contra Graecos missi) & in ejus locum successus Datis, genere Medus, & Artaphernes, Artaphernis fratris sui filius. *Herod. l. 6.*

Cn. MANLIUM, & Servilium Cepionem proconsoles, quod ipsorum temeritate clades ingens accessisset, & à Cimbris caesi, & castris exuti essent, abrogato imperio ante tempus finiti honoris, Senatus magistratu abire, & insignia imperii dimittere coegit. *Alex. l. 4. c. 6.*

L. MINUTIUM consulatum deponere à Q. Cincinnato coactus est, quod castra ejus hostes obsiderent. *Liv. l. 3. Decad. l. Val. Max. l. 2. c. 2.*

C. COTTA Publium Aurelium Pecuniolam, militumque praefectum, virgis caesum, militum munere inter pedes fungi coegit, quod ejus culpa in obfidione Liparitana agger incensus, & castra penè capta essent. *Val. Max. l. 2. c. 2.*

Exclui sunt olim Judei ab omnibus, dignitatibus, honoribus, functionibus, & congressibus Christianorum: quae lege vetitum, ne quis Christianus munera à Judaeo suscipere. Ad alloquium etiam pontificum nunquam fuit admitti, neque concessum, ut in scamnis sederent, sed in pavimento merces suas exponere cogebantur: ut scribit *Paulus Diaconus*. Siquis etiam Christianum ledere, aut religionem violaret, gravissimè puniebatur.

DIGNITAS EREPTA.

Consule Tit. Magistratu dejecti. *Illic Dignitatis erepta, hic Dedecoris illati habetur ratio.*

Sublata apud Syracusanos post Gelonis, & Hieronis regnum Thragybuli dominatione, de communi republica, & statu populari, multa consultantes, decrevere magistratus omnes prificis civibus distribuere, & familiis vetutis. Nam H novos homines Milites mercenarios, qui à Gelone supra x. millia fuerant adscripti civitati, indignum dicebant, ad munera publica, & honores civiles admitti: seu quod parum meritis censerent, sive quod incertæ fidei, motumque alienorum vitis haud temerè credendam rem putarent. Hi se magistratum honore exclusos, indignè ferentes, defecium à Syraculis, occupantque partem urbis Achradinam, & insulam, loca duo ingenti muro munita. Multis tandem milia fuerunt, sed rei bellicae expertissimi superati sunt. *Diod. l. 11.*

Imperator Theodosius ex ira adversus Antiochum praepositum, laesæ majestatis reum, edicto vetuit, ne quis eunuchus inter patricios locum haberet. Quapropter praepositus honore est privatus: & publicatis bonis, in sacerdotum collegium cooptatus. *Suida: in voce praepositus.*

TRIUMPHI DENEGATI.

L. CORN. LENTULO post magnas res gestas negatus est triumphus, eo quod proconsul Hispaniam provinciam non consul, obtinuisset.

Q. VALERIUS prætor, cum una cum Lucatio consule circa Siciliam insignem Pœnorum classem delevisset: eoque nomine Lucatio, ut consuli, triumphus decretus esset: Valerio eundem sibi quoque decerni postulant, ne prætor consuli exæquaretur, denegatus fuit. Val. Max. l. 2. c. 3.

C. NERO cum Livio Salinatore consul, cum ad Metaurum Hannibalem vicisset, ovens tantum urbem ingressus est, licet potior victoria causa fuisset: eo quod aliena in provincia supplices collegæ dedisset: Livius autem in sua provincia rem gessisset. Alex. l. 1. c. 22. ex Livio, & Plinio de Viris illust.

M. MANLIUS cum Valerio Potito consul, postea quam contra Aequos in Algido prosperè rem gessisset: tamen cum collega fortius dimicasset, Valerio triumphus concessus, Manlio segniori denegatus est. Ibidem.

JUSTINIANUS Imperator Vitigem Gothorum regem Constantinopolim ad se deductum cum voce Mafasenta, honorificè excepit: & Gothos pro eximia corporum magnitudine, ac specie miratus, gazas regias in curia senatoribus visendas exposuit. Heliarium autem omnibus honoribus prosecutus, triumphare non permisit. Erat tamen in omnium ore, ut qui duas victorias retulisset quales nemo ante vidisset, & reges duos captivos adduxisset, & opibus ætariam locupletasset. Itaque populus eum studiosè intuebatur in forum quotidie procedentem, aut se de foro recipientem, Vandalorum Maurorum, & Gothorum ingenti caterva stipatum: ad hæc magnitudo, & pulchritudo corporis eum honestabat, & mira comitas, ac facilitas acceptiorem omnibus reddebat. Sigon. l. 18. Imp. Oecid.

BONIS INTERDICTI, MULCTATI.

Paupertatis etiam hæc species est, Sed illic Damni solus, hic Ignominia cum damno juncta habetur ratio.

Q. Fabii filius Allobrogis à patre degenerans, adeo libidinose, & intemperanter vixit, ut exhereditatus eum à Q. Pompejo prætor, nemo agrè tulit. Val. l. 3. c. 5.

Q. Servilius Cæpio consul cum Cn. Manlio, contra Cimbricos in Italiam ruentes missus apud Rhodanum victus, profligatusque est, amissis de exercitu hominum LXXX. milibus. Ex justis igitur pop. Rom. Capionis, cujus temeritate id acciderat, bona publicata sunt. Livius l. 67.

HÆREDITATE EXCUSI.

Consule Tit. Testamenta injusta, respectu eorum, qui sunt præteriti. Item, Testamenta justè, vel injustè rescissa, propter eos, qui hereditate privati sunt.

VELIUS BLESTUS, vir consularis, Regulum præsentem inter heredes scripsit, quia is agrum diligenter curare videbatur. Cæterum, posteaquam scriptus fuit hæres, & medicos hortaretur, ut citò Blestum conficerent, ne diutius ægritudinis molestia laboraret: eum id Blestus perferens, aperto post ejus mortem testamento, Regulus inter heredes non inventus, perfidia suæ pœnas luit. Fulgosi. l. 7. c. 9.

Metelli filios Romæ à patre hereditate excussos esse legitimus: qui tamen testamentum illegitimum patris irritum facere noluerunt: fatius arbitrati, bonorum extorres fieri, quam qualemcumque patris voluntatem non tueri. Alex. l. 6. c. 10.

ADOLPHUS Gheldriæ Dux, indignis modis à filio Adolpho habitus, moriens, Carolum Burgundiæ Ducem instituit heredem, propter ingratitude filii. Hoc jure, ac titulo fretus ille, Gheldriam usurpavit: quæ tametsi resistere, non poterat: tamen se tueri, & sub imperio permansit, tam Caroli, quam ipsius hæredum, in hunc usque diem, quoad visum fuerit summo rerum moderatori Deo. Phil. Comines 5. Com.

CAMPANE ERPTÆ.

Burdegalenibus, qui ob salinas, & vestigalia adversus Henricum II. Francorum regem rebellant anno 1547. ob seditionem campanæ omnes sunt erptæ.

SUPPELLEX IGNOMINIOSA.

Poculis fictilibus utuntur apud Persas, Quos rex honorè privavit, ut asserit Ctesias. Athen. l. 11. c. 2.

NOMINA HONORIFICA, VEL ABOLITA. ERAFA.

DOMITIANUS Octobrem mensem suo nomine appellari fecerat. Verum posteaquam tyrannicum illius nomen omnibus monumentis erasum est, Octobri nomen quoque pristinum redditum. Macrob. l. 1. c. 12.

HELIOGABALI cognomen ex omnibus publicis operibus S.C. deletum, ne princeps nullus jam Antonini ferret cognomen, Inoleveratque adeo id nomen longa Imperatorum

serie, ut jam propemodum popularis opinione hominum, quam Augustorum, aut Cæsarum, haberetur. Sed unius vita adeo conquinatum omnes crederetur, ut pro diro, & detestabili sit repudiatum. Sab. l. 6. Enn. 7.

Dum Maximianus infidias genero Constantino Magnus, deprehensus fuit, post ejus interitum, statuas, acque ejus imagines omnes sublatae sunt, & in ædibus publicis ejus nomina sunt erasa. A. D.

Post obitum suum exautoratus est Arfacius ab Innocentio episcopo Rom. Chrysofomus in Ecclesia apud Constantinopolitanos successores, & nomen ipsius ex episcoporum albo expunctum fuit. Nicephorus l. 13. c. 34.

Bello civili, quod contra Ludovicum XI. regem Proceres Francorum gesserit, obsesta urbe regia missus est ad hostes Gul. Quadrigarius episcopus Parisiensis, ut quid animi haberent, intelligeret, eaque populo renunciaret, regem in Normannia absente. Rex propter reverentiam, Quadrigarium gravissimè increpavit, quod cum hostibus amatis ad colloquium congressus esset, eorumque postulata rediens impetrix multitudinè exposuisset: eoque aliquanto post mortuo, incidium in monumentum elogium honorificentissimum, abradi jussit. Tanti tamen viri nomen post obitum, regis consensu sanæ crimine liberatum, titulusque, ac honor suus, paxque cineris reddita. Emil. lib. 10.

Edicta prohibita.

EURYPLYUS Telephi F. Machaonem Esculapii filium interfecit in bello Trojano teste eo, qui parvam Iliada fecit. Hanc ob causam in sacris Esculapii, quæ Pergami sunt, cum hymnos à Thelepho exordiantur, nihil Eurypylo ejus filio laudationis impertiant: quin, & illum eo in tempore nominari nefas habent, quod scilicet cum Machaonis interfectorem fuisse sciant. Paus. in Lac.

Belli Trojani tempore, cum Achilles Tenem regem occidisset, quo tempore Græci Tenedum depopulati sunt, statuerunt postea Tenedi, ut nulli deinceps liceret templo restitui, in eo Achilles nominare. Diadorus l. 5. c. 17.

ERATOSTHENES, seu potius Herosthenes, & Dianæ Ephesæ templum opulentissimum incendio vastavit, sanæ immortalis captandæ gratia. Ephesii comprehensum hominem diris affecerunt supplicis: & edicto sanxerunt, ne quis ejus nomen in aliqua historia exprimeret. Evulgavit tamen illud Theopompus, nisi forte finxit.

Mediolanenium urbs, ob defectionem à Friderico I. Imper. excisa fuerat an. 1162. decennio post, deficientibus ab Imperio Lombardis, restituta, pœna lingue proposita sanxit, ne quis Friderici nomen in sermonibus usurparet: & Comes sustulit, quos ille in castris proximos constituit. Sigon. l. 14. reg. Ital.

PETRUS Aragonum rex, à Martino IV. pp. regio titulo propter occupatum regnum Siciliæ privatus, per jocum sepe Patrem duorum regnorum, & Maris domum scribere. Emil. l. 5.

Julius II. Papa anno 1512. edictum in Gallie regem Ludovicum XII. promulgavit, quo illum non amplius Christianissimum, sed illustrissimum appellans, eum, & quotquot illi studeant omnibus hæreticorum, & schismaticorum pœnis subiecti, universo Gallie regno sacris interdixit, & in Angliæ regem Henricum IX. Lateranensis Concilii decreto, Christianissimi regis titulum transtulit. Guicciard. l. 11. Abjeçta.

Pellinzi odio Lei Agnusti proditoris, qui conspirationem eorum adversus Thesem ipsi patefecerat, nomen læo, ita odebant, ut se læo dici nollent. Plut. in Theseo.

Gens Claudia cum prænominebus, cognominibusque variis distingueretur, Lucii prænomen consensu repudiavit: postquam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii, cædis alter convictus est. Inter cognomina autem, & Neronis assumptis, quo significatur lingua Sabina, fortis, ac strenuus. Suet. in Tiberio.

M. Manlio Capitolino, propter affectati regni suspitionem de saxo Tarpejo præcipitato, gentilitas Manliorum juravit, ne quis in posterum Capitolini nomine saluaretur. Suet. de Viris illust.

Debillante M. Antonium Triumvirum Octavio, collegam habente in consulari Ciceronis F. Senatus Antonio abrogavit omnia ornamenta, decrevitque, ne quis ex Antoniorum gente Marcus nominaretur. Plut. in Antonio.

Non usurpata.

TIGRANES Armenie rex, quod à Lucullo non rex regum saluaretur, quasi coarguens imperitiam ejus, ad eum, ut imperatorem scribere, consummaci epistola recusavit. Plut.

FRANCISCUS I. Gallorum rex, cum anno Sal. 1537. præfens in Senatu Parisiensi per Capellum advocatū, Flandriæ, & Artesis justis

justis armis à Carolo V. Imp. repetendæ causam ageret: nunquam Carolum vel Imperatorem, vel Cæsaarem, vel Augustum nominavit, sed Carolum Austriam tantum: ne legitimi magistratus, & quidem Christiani orbis supremi, appellatione illum cohonestando, semetipsum videre accusare, qui vel justitia de causa summo principi bellum inferret. Lud. Castellætrus in censura poematis ab Amibale Caro in laudem Valefortum decantati.

Erepta, Translata.

LUDOVICUS rex Ungariæ, auxilio Leopoldi ducis Austria, & Genuesium. repulit Venetos imperata facere, multa centena milia aureorum pendere, sigillis susceptionem, qua se Dominos maris pascitabant mutare: marchiam dare Tarvisinam Austriae duci. Sed hoc in annalibus Venetorum non legitur. Crantz. l. 9. Pandalia, c. 7.

NOMINA FOEDA, IMPIA.

Consule lacum Nomina à vitis impostorum, quatuor Ignominiam habentur junctam. Item Tit. Male dicentia Impostita.

IGNOMINIA est, inquit Novius, nominis nota. M. Tullius de Repl. 4. Centoris judicium nihil ferè damnato asserit, nisi ruborem. Ita quod omnia se judicatio veratur tantummodo in nomine, animadverso illa, Ignominia dicta est. Ignominiosa missio est, quoties is, qui militem è castris mittit, addit nominatum, Ignominia causa se mittere. lib. 2. ff. qui not. infam. Hotoman. de Verbis juris.

Attagen avis, lacustris loca & plana incolens, variis plumis: unde Servi stigmatia, Attagenes dicuntur. Suidas.

AUGUSTUS Imp. ut auctor est Tranquillus, filiarum suarum, & nepis infamem vitam morte ipsa gravius tulit, nec eas aliter approbare consuevit, quam tria carcino mata sua, nimis quod earum non sine magno dolore suo recordaretur. Sueton.

L. ANTONIUS Saturninus, superioris Imperii præfectus, ab Domitiano Imp. per jurgium Scortum appellatus, imperium arripuit. Sed per Norbanum Appium acie victus, & occisus est. Cuspin. A. D.

Quatuor millia Saracenorum, quæ obfidium nomine Heraclius Imp. abduxerat, militarem vestem ex Justiniani (quæ adhuc extat) factione pœcebant. Eunuchus corruptissimum faculo fici præfectus. Quid, inquit, reliqui est Romano militi, quod dari canibus his possit? Eam effeminati hominis petulantiam tantè indignè tulere ipsi viri, armatique, ut demum agmine fe surripientes, conjunctis suis quisque sibi popularibus, Arabiæque omni, ac finitimus gentibus concitatis, jura divina, humanaque miscuerunt. Emil. l. 1.

Eodem ferè tempore Sclavi, provincie Francorum Transrhenani finitimi, amicitiam cum Dagoberto junxerant: reliqui infestissimi prædam ex focis Francorum agebant. Missus Francorum fecialis ad Samonem gentis regem, cum à proceribus ad eum non admitteretur, semperque differretur: depositio cultu Francico, sumptuose Sclavico, ut unus ex illis procedentem in publicum Samonem adit. Tunc aperiens se, quidnam esset, fretusque jure legationis, ferociter res repetit. Cumque diceret à Francis injuriam ortam, se in posterum paratum esse cum Dagoberto fœdes ferre: respondit, Fœdes cum canibus sanctum esse non posse. Id contumeliosum dictum tota gens altissimè in pectus demisit. Illa fœciali dimisso, atrocissimum ortum bellum. Emil. l. 1.

Erat mos apud milites (cum Galli, & Hispani de regno Neapolitano decertarent) ut joco, serioque sese mutis contumelias ex propria, vulgarique gentium mota provocarent, & incederent, cum essent acies in conspectu, & levibus præliis certarent. Nam Gallos Hispani Bortacios, id est, ebrios, & ex temulencia vinum meientes vocabant: Galli autem Hispanos à furaci manu latrones laqueo suspensos appellabant: sicuti Helvetios, qui in Gallorum castris castris, Germani ad exprimendam gentis ignobilitatem Evantemiles, hoc est vacas in stabulis mulgentes, vocare erant soliti. Germanos verò Helvetii Smochartos, quæ vox Germanicè spurcos nebulones indicat: Itali verò ab alijs Bugrones, hoc est, puerarii vocabantur. Jovius in Consulato.

Usurpata.

Apud Græcos scyphanta, aut hodidocos, quasi obfessor viarium, & latro, vel propudium, convivium cenabatur maximum: sicut Perlis, muliere virum ignaviozem appellare nulla insignior contumelia fuit. Apud Aegyptios, affini nomen ob-

jectare, magnum est in genere probrum, quod Typhonis hostis Ostridis colore refert. Quare cum Perlarum regem Ochum summi dedecoris loco Aegyptii affinum appellarent, in tantum exarisse, ut diceret: Faciam, ut hic affinus vestrum bovem depascatur, qui haud multo post, ingenti coacta manu, occupata Aegypto, Apim immolavit. Ex Plut. l. 14. c. 16.

MAXIMINUS Thrax, qui Alexandro successit in imperio, corpore fuit admodum procerus, & vorax: magnitudine corporis tanta, ac fortitudine, ut alii eum Crotoniatem Milonem, alii Herculem, alii Antæum, alii Achillem, alii Ajaxem vocarent. Erat enim de longis, ac ineptis hominibus veteres loqui vellent, trito adagio vocarent, Caligam Maximini. Erat enim ultra communem hominum mensuram octo pedum longitudine. Cuspin. A. D.

Vandalorum gens amplissima olim, & clariss. Polonos, Boemos, Dalmatas, Sarmatas, Russos complectebatur. Idem dicti Sclavi, & Sclavoni, quasi verborum. Apud Saxones solos Vandalorum nomen servatur, sed detortum, ut Wenden vocentur accolæ Oceani Germanici. A veteri civitate Holfatiæ (quæ illorum lingua Starigard, Saxonum verò, Oldenborch vocatur) orientem versus, usque in Prussiam (quæ olim Sarmatiae pars erat, nunc verò annumeratur Germaniæ & legibus, & lingua) pertingit in Poloniam, & Russiam. Cæterum ob servitutum extremam, cui subiecti olim fuere Vandali, in eum abijt contemptum, ut appellatio ipsa ignominia propè loco habeatur: quemadmodum etiam vox Sclavi. Crantz. l. 2. Vandaliæ.

INSIGNIA HONORIFICA DEJECTA.

Germani equites, qui erant in comitatu Henrici VII. Rom. Imp. Mediolanum ad accipiendam Imperii coronam intrantis, Guidonis Turriani tum Mediolani, ejecto Mathæo Magno Vicecomite, tyrannidem exercentis, ac Cæsari obviando magna pompa egressi, vexillum signifero vi extortum, loco affixerunt, indignati, quod aliud insignie, quam Romana Aquila, præfente Cæsare, præferretur. Jov. in vita Martiani. Erafa, Abolita.

PETRUS MEDICES Florentia princeps, cum ob traditas Carolo VIII. Regi Gallie Hetruriae arcis, rebellantis populi odio, furorique cedere, atque urbe profugere cogere, usque adeo Medicum nomen cunctis individuum esse cepit, ut Laurentius, atque Joannes, qui apud Galliciam regem tanquam exules fuerant, Petri expulsi gentiles, ut libertatis tuendæ studium ostenderent, & martiribus antiquæ domus insignibus pilas punicas Medicæ gentis insignia detererent, substitutaque candida cruce: uti in aliam familiam transeuntibus mos est, Populani, abdicato veteri nomine, appellari maluerint. Jovius l. 1. Hist.

AMICITIÆ IGNOMINIOSA PRIVATIO.

Huc pertinent

Civitate non donati, privati.

Hic quoque Ignominia solius habetur ratio. Alioquin etiam ad Amicitia potest, & vix pertinet.

Hospicio non excepti.

Consule Titulum, Inhumani erga hospites. Conjugio frustrati.

Vide Tit. Repulsa matrimonii. Hic ejusque Ignominia, causa fit, habetur ratio. Illic Amicitia conjugalis non imitæ. Cum Aegyptias mulieres differre ab aliis in congressibus Cambyfes audivisset, ad Amasim Aegyptiorum regem misit, qui unam filiam ejus in matrimonium sibi dari peterent. At hic suam quidem non dedit, quia cum suspicabatur uxoris honorem non esse consecuturam, sed pellicis: verum filia loco Niteticam Apria filiam misit. Exciderat autem Apria ex Aegyptiorum imperio, quia victus in pugna contra Cyrenas, atque ab Amasi fuerat occisus. Cum ægyptus esset Cambyfes ob Niteticam acceptam, omniaque ex illius sermonibus gesta perciperet, valde graviter commotus est. Cùm ea igitur Cambyfes rogaret, ut pœnas sumeret de Apria morte, effecit, ac persuasit, ut Aegypti bellum inferret. Dion in reb. Persicis, & Linceus Naucratice l. 3. rerum Aegyptiarum, Niteticam ab Amasi scribitur Cyro missam fuisse, ex qua natus fit Cambyfes, qui cum pro matre vindictam sumere studeat, copias coactas eduxit in Aegyptum. Athen. l. 13. c. 4.

Rhegium Italie tyrannus Syracusanorum Dionysius folo æquavit, commotus, quod cum ex ea civitate populam in matrimonium petisset, Rhegini licitoris filiam ei obtulerint. Strab. l. 4.

Miltanus Vandalorum rex, ob denegatum Bernardi Saxoniæ ducis filie conjugium, quod ethnicus esset, Aldenburgem

sem ecclesiam invasit & Hamburgerem, atque lxx. presbyteros, cute capitis in crucis formam incisit, per omnem ditionem circumduxit, & miser tandem interemit. *Metrop. Crantz. lib. 3.*

STEPHANUS Regulus Illyrius a patre Chersechio sponsa est stirpe Serviz Despoti privatus est. Eam enim ad paratas nuptias deductam, improbus pater libidine superatus, quod esset formosissima, sibi ipse seculo filio copulavit, frustra reclamantibus propinquis. Quae rei indignitate motus filius, abjurata Christi religione ad Turcam defecit. *Fovius.*

LIBERTATE PRIVATI IGNOMINIOSE.

Ex Servitutis loco hic quaedam. Tunc Libertatis amissa, hic Ignominiae junctae habetur ratio. Sub jugum missi.

Equi a L. Quintio Cincinnato dictatore inclusi, cum se dedissent, inermes sub jugum missi sunt. Tribus hastis jugum fiebat, duabus humi defixis, superque eas una transversa delibata. Hujusmodi ignominia hostes a dictatore dimissi. *Sabellius lib. 3. En. 2.*

Pacem turpem accipere coacti.

Vide sub Libertatis loco Pax redempta.

Julio Agricola domitore Britanniae ex insula Romam revocato, quod gloriae ejus Domitianus tacite videretur invidere, & Ca. Trebellio successore dato, fortuna Romana ob seditiones castrales sentiam nutare cepit: & tandem temis praesiliis a Galdo Scotorum rege victi Romani, ne castris exeirentur, pacem supplices a ferociss. hoste petere coacti, iis conditionibus, ut Scotorum, Pictorumque agro excederent, captivos, obseques, & profugas restituere, de bello movendo nunquam amplius cogitarent. *H. Boetius. l. 4. in carcere confecti.*

Corbis ignominia apud Aethiops instituta erat in eos, qui alienum non dissolverent. Ducebatur enim in forum, sedereque jubebatur: super sedentem, corbem iniiciebant. Hac notatus ignominia, infamis censetur. Hanc passus est Mnesarchus, Euripidis tragici pater. *Girardus Dialogo 7. Hist. Poet. l. 2. Stob. serm. 42.*

BERNARDUS CAPRETA, mortuo Martino rege Siciliae regnum affectans, cum Blancam reginam ter rapere conatus esset: tandem prodicione captus a Sanctio classis regiae praefecto, in cisternam vacuum demissus est: laxatis inde ad immensam pluviam caducis, tanquam fortuito id accidisset, rivum cisternam defluere, eamque replebat. Postea in liberaliorum custodiam deductus, cum custode de liberatione pacificetur. Custos rem ad Sanctium deferre jubetur ut petenti annuat. Proxima igitur nocte de tertia vigilia summissis fune, caligis quo implicatis, nulla amictus tunica, demittitur, custode urgente ad descendendum, tanquam anxius esset, ne in fuga deprehenderetur. Ille dum celeriter, quam manus ferunt, lubrico fune delabitur, ad praetis ad id retibus induitur, & ritu ferae, castibus captus, haesit: ita ut nec sese deliceret, nisi praecipit casus erat, postquam in fenestram ullus daretur. Ita totum diem retibus involutus, tanquam Mars in adulterio Venenis, ridiculum simul ac miserandum pluribus spectaculum fuit. *Vall. l. 2. Hist. Vendit turpiter.*

C. MACIENUS accusatus apud Tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatus, ac diu virgibus sub furca castus, festertio nummo vanuit. *Sab. l. 9. Ennead. 5.*

JUS HONORIFICUM EREPTUM SACRORUM.

Hac consuetudine Tit. Servitutis sacrorum, quandoquidem eadem exempla diverso respectu, & huic illi loco possunt inservire. Nulla fuit omnium deorum, quae magis pellicum multitudine infestata fuerint, ipsa Junone: idcirco Numa apud Romanos legem fancivit in haec verba: Pellex adem Junonis ne tangit: si tangit, Junoni agnam feminam crinibus dimissis dedito. *Natal. Comes Myologiae l. 2. c. 4. Militiae.*

Servos ad militiam sacramento rogare, aut ullo modo admittere, nefas fuit veteribus est, quod Cicero in *De Jotario* significat, & *Martianus* de *Re militari*. Ab omni inquit militiam sibi prohibentur, aliqui capite puniuntur. Sed & in Helconore *Mantuanus* vates *Aeneid* 9. monstravit: quem serva Licinia furim *Sustulerat*, verisique ad Trojam miserat armis.

PAUSANIAS auctor locupletissimus est, Persico bello, quod in Marathonis campis gestum est, primum fervos in militiae jura admittos, quo nomine etiam tumulus interfectorum imbutus visetur. Post Cannensem cladem armata Romanis servitia. Volonum nomine T. Livius tradit, cum prius singulos forent sciscitanti, vellentur militare. Unde est nominis ratio. Sociali quoque bello in militiam libertos admittos primum, Appiani historia tradit. *Cal. l. 25. c. 23. A. L.*

Testamenta sciendi, Haereditates adendum. Sub loco Servitutis hunc eundem Titulum reperies, sed diverso considerationis modo.

Jus testamenti, jusque intestati, praeterquam inter agnatos succedendi, ademptum Saxonibus a Carolo Magno, ob rebellionem, concitante eos Godefrido Danorum rege. *Aemil. lib. 2. l. 3.*

Comitorum, Suffragiorum.

Quibus Jus ferendi suffragia adimebatur, & ex albo judicum submovebantur, olim dicebantur *exprobrati*, quemadmodum Exautorati dicebantur milites, quibus jus pugnantium adimebatur. Olim non calculus, sed folis feriebantur suffragia, quasi dicas, a folis ferendis excludi. *Eraf. in Proverb. F.*

Phocensibus (qui se Philippo Amynthae filio Macedonum regi dederant) ob direptum A pollinis Delphici templum jus suffragii ferendi in conventu Amphictyonum ereptum, & ad Macedonas translatum est. *Pauf. in Phocis.*

Romani Ceritibus bello subactis cum dixerent conditionem me suffragii jus haberent, ne leges ullas aut ederent, aut haberent. Ea ignominia in adagium abiit. *Aeron. & Porphyrius* Meminit de tabulis Ceritibus. *Aulus Gell. l. 16. c. 13.* Primos autem municipes, inquit, sine suffragii jure Cerites esse factos accipimus. Concessumque illis, ut civitatis Romanae honorem quidem caperent, sed negotii tamen, atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisque. Hinc tabula Cerites appellata versa vice, in quas censoris referri jubebant, quos nota causa suffragii privabant. *Erafm.*

INNOCENTIUS II. Pp. populum Romanum a sacris amovit, eumque pontificiorum iure comitorum, cuius a primis temporibus ad eam usque diem particeps fuerat, spoliavit. Gandaventium rebellionem punivit Carolus Burg. dux. Cum enim subjugasset Leodos, proceres artibus, pedites omnes, & vexilla, & privilegia, & literas, quas Gandavo difcedens coactus fuerat ipsis largiri, dederat, ab eo Bruxellam. Exhibitis igitur privilegiis Cancellarium, quod praecipuum ex iis erat, & ad ipsorum administrationem pertinere, abrogat. Cum enim per omnes Flandriae urbes, Princeps magistratum constituit quotannis, & rationes ab eo potest, apud solos Gandavos, per hoc privilegium ei non erat inferat, creata supra quatuor fenatros. Ipsi vero reliquum numerum implebant: & sunt ea in urbe viginti sex omnino fenatros, in quorum manu est, vel inspicere populum adversus principem, vel in officio continere, & obsequentem efficere. *Phil. Comin. 2. Comm. Academiæ.*

FRIDERICUS II. Imp. Romam coronatus redit, a Veronenfibus in itinere est indignè acceptus. Quam ignominiam interfectis aliquot annis ulturus, in seculo igne urbem incendio deformavit, studiumque illinc generale Patavium transtulit. Similiter quoque aliquando post Bononiens. gymnasiu Patavium transtulit. *Cusp. A. D. Convitii, Mensæ.*

BERTRANDUS GESQUINAS Magister equitum sub Carolo V. Gallorum rege, morem introduxit, ut quicumque nobilitate, & conditione sua aliquid indignum commississet, H in publico convivio dedecoris causa mappa coram illo praecideretur, & hoc ipso indignus convivii nobilitum judicaretur. *Egid. Corrozet. de divitiis & Julis memor. Spectaculorum.*

Athenis Peregrini publicis ludis saltare mille drachmarum multa verabantur. *Alex.* Qui quatuor sui corporis fecissent, quique utilitate & gula aut luxuria fe auctorissent, vel are obligasset, a theatro arcebantur penitus. Quod Athenis quoque statutum ferunt, ut qui multis flagitiis dedecoratus, aut nota turpitudinis nefarie insignis foret, a suggestis & ludis arceretur: idque adeo praeciter servatum est, ut praefecti subelliorum per cuneos dispositi, & subsellii, in quibus immeriti sedebant, quibus equisset non fuisset census, vi spectatores deciderent. *Alex. l. 5. c. 15. Ludus.*

In feditione Agraria Caii Gracchi a L. Opimio Coss. casti, ad tria millia civium perempta, & in amnem projecta: interdictus Conjugibus eorum luctus. *Plur. in Cajo.*

MONU.

MONUMENTA, SEPULCRA, IGNOMINIOSE HABITA. Nempe per dedecus.

Deiecta. Everta. Hic ignominia solius ratio habetur. Ex Tit. Inhumanitatis erga mortuos petantur exempla.

LICINUS Imperator, genus suum ad Philippum Augustum referebat. Ob id publicis monumentis nomen illius adoptavit, dictaque M. Julius Licinius Luciniani: quoniam proventus (ut ipse dicebat) fuit M. Julius Philippus Imp. Quinimodo, teste Julio Capitolino, subvertit in Perseide tumultum Gordiani, quod titulus videbatur progenitoribus suis injuriam facere, cum fe vellet videri a Philippis originem trahere. *Cuspianus A. D.*

Clavennæ in templo, saxo incisum tale erectum fuit epitaphium: ceterum invidia improborum, qui vocem Incomparabilis soli Deo convenire, inter homines nullis, ut praetextum habent vix nequitiæ, asserant, deiectum est. Et sic ingeniosissimus ille aetate nostra criticus de bonis literis, & praesertim de lingua Graecae, praerit meritum, imperitorum censuram peritulis, D. O. M. & Memoriae Ludovici Castelviri Mutinensis, viri scientiae, iudicii, morum, ac vix incomparabilis: qui dum patriam ob improborum hominum favitiam fugit, post decennale peregrinationem tandem hic in libero solo liber mortuus, liberè quiescit. Anno aetatis suae 66. Sal. verò nostrae 1571. die 20. Febr. Fr. M. M. P. Spoliata.

Ex loco Avaritia in spoliandis sepulchris, huc ea, quae ignominiam conjunctionem habent.

* Dedicatio.

LIBERORUM.

Vide Tit. honorifica ornamenta.

TEMPLI.

Vide Judaeorum religiosa Societas. Considerata quoad fessa. Item Require Tit. de templis. Obi multa de eorumdem dedicatione, & consecratione.

* Deditio.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Deditio est sui in alterius potestatem, arbitriumque traditio, unde qui sic traditur, Dediti communiter appellantur: a Dedo, quod est in perpetuum do, vel totum subditio. *Andrius Graecus, & in dicitur Deditio. Item xaxiaxiæ.*

Dediti sunt igitur, qui se in alterius imperium tradiderunt. Erant autem apud Romanos illi, qui cum in eorum fidem, & arbitrium concessissent, rebellionem ab iis desisterant, ac rursus superati, vita donati fuerant, non tamen jure, & libertate civitatis.

Deditiorum alii sunt libertini, alii peregrini. De quibus extat elegans Tractatus apud Angelum Politianum in *Miscellanis.*

DEDITIO FACTA.

Urbium, Arcium.

Anno 1159. Friderico I. Imp. ex Italia reverso, Mediolanenses Papiam Imperatori fociam obfidere staturant. Papienses, cum fe fati verium ad tanti belli molem sustinendam non habere sentirent, praesertim vero quia sociorum auxiliis destituti, & proxima clade debilitati essent, oppugnatione non exspectata ultro fe dediderunt. Multis ut direxerit urbs inimica centensibus, visum est satis, ut eadem, qua Laudenses, & Comenses, condicione relinqueretur. Itaque pax in has leges est data, ut muros urbis Mediolanum vergentes deciderent, praetor forte fe Mediolanensis datum reciperent. Consilium separatum a Consilio Mediolani non haberent, inter pagos Mediolani referrentur, obfides ex nobilitate centum, ex plebe ducentos darent. *Sigon. l. 12. regni Ital.*

Arcta obfisione ad pacem accipiendam Mediolanenses coegerat Fridericus I. Imp. an. 1159. Conditionibus acceptis, Mediolanenses hoc ordine in gratiam recepi. Conventu instituto civitas duobus agminibus factis supplex ad Fridericum processit, atque ad ejus pedes doloris, ac tristitia plena procaubit. Primum agmen clericorum fuit, qui prelati crucibus, pedibus nudis, humiliter habitu, archiepiscopum sequebantur. Alterum primorum civitatis, quos vestibus abjectis, L. B. Theat. vit. Human. Tom. II.

nadis pedibus, strictos super colla ferentes gladios praecesserunt: qui per media castra vix exiguo relicto ad transeundum loco ineffere. Hos ubi Fridericus aspexit, hilari vultu se latari dixit, quod tam clarum civitatem Deus admovisset, ut aliquando clementiam, quam vim experiri suam mallet. Conditionibus acceptis pax confirmata est, vexillumque Imperatorum victoriae argumento in urbe erectum. Magna in castris, atque in urbe gratulatio, cum propter obfisionem solutam, tum ob receptos & novos, & veteres captivos est facta, quos ad pedes Imperatoris longo ordine venientes, noti, & propinqui, manantibus praer gaudio lacrymis, exceperunt. *Sig. l. 11. reg. Ital.*

Bello, quod Fridericus I. Imp. contra Henricum Leonem Saxoniae ducem rebellem gessit, Lubeca fe Imp. dedit. Er haec fuit prima Lubeca ad Imperium susceptio, anno Christianae Sal. 1182. *Crantz. l. 6. Vandaliae. c. 15.*

Percenes cognita Byzantinorum clade, Mahometo secundo Turcarum tyranno deditionem fecere. Muri contra federa diripi, bona direpta, foeminae, ac viri ludibrio habiti, eandem experti sunt favitiam, ut Constantinopolitani. Eodem enim die vino madidus literas dedit ad Subalidem, id est, tribunum militum Galatae, quibus iussit Latinos ad unum omnes occidi. Quam atrocitatem cum Subalidis obstupefecerit, & ad vesperam factum distulisset interea temporis Mahometus, cum vinum obdormisset, per literas contrarium mandavit. *Cuspianus A. D.*

MAHOMETUS II. Turca spe potiunda totius Italiae, Scodram urbem Dalmatiae, quae Albania dicitur, xxxcm. armatorum, duce Solymanno eunuchus, qui Bassa Romae fuit, duobus mensibus tanto conatu oppugnavit, quanto post Byzantium nullum Christianorum oppidum: sed non sine suorum clade, quorum ad sexdecim millia perisse narrantur, est quatuordecim festabant: Coriolanus Cepio hanc oppugnationem Scodrensem diligenter descripsit. Indignatus autem frustra obfessionem Scodram, ad eam demum expugnandam Alibeicum cum 15000. Solymannum cum septuaginta millibus praemisit. Ipse subsecutus cum triginta millibus electorum militum, Scodrensem tam atroci oppugnatione adortus est, ut Veneti coacti sint pacem cum Turco transigere, Scorda dedita, cum Tenato Laconiae promontorio, & Lemno insula: & quatuordecim annis, aut reorum pendere, ut Pontica navigatio Venetis negotiatoribus tuto pateret. *Cusp. A. D.*

Rhodus insula, Christiani orbis propugnaculum, a Solymanno post longam obfisionem expugnata fuit, anno 1523. Quintum post mensem, admirandis operibus, & cuniculis, ad deditionem compulsa est, Philippo Lladamo militiae magistro, desperatis auxiliis, ad Solymannum egressio, & certa parte obfessionem urbem, atque insulam dedente. Idque tantum vulnus Christianae reipub. illatum est infanientibus, aut obfessionibus nostris regibus, apud quos privata spes augendi imperii totum Christianae pietatis decus extrinxeat. *Sab. supplem. lib. 9. ex Fovio.*

IOANNES MAGNUS dux Moscoviae circa annum Domini millesimum quadringentesimum septuagesimum octavum, excussio Tartarorum jugo. Novogradum magnum, civitatem amplissimam, & opulentissimam, ac totius Septentrionis imperio celeberrimam (quae Alexandri Vicoli di armis adacta, cum millia aureorum nummorum, quos Rublos vulgo vocant, magno Lituorum duci quotannis ad illud tempus pendere erat solita) Lituorum ope destruitam oppugnavit, & in deditionem accepit: trecentos civium primores interfecit, eorumque facultates omnes abstulit: reliquis vero civibus, tertiam modo parte facultatum relicta, quicquid erat reliquum, ademit. Inde auctus opibus & animis Moschus, totas provincias Lituaniae, dum Cazimirus Polonicis rebus diversa parte orbis terrarum destinaret, ademit. *Cromerus l. 29.*

De Cypro Insula, quae Cyprus, & Cyprii, scilicet quoad quomodo in potestatem devenit Turcarum.

Anno 1574. Selymus II. Duce Sinane Bassa, Goletam Barbariae urbem, & arcem, quam praesidium Hispanicum propugnabat, oppugnavit magna pertinacia, & ad deditionem compulsi: Inventa sunt in arce Machinae bellicae 500. cum ingenti pulveris tormentarii, & annonae copia. Postquam ante annos 4. ope Multaphae Bassae Cyprium occupasset.

Copanum arcem munitissimam ad Balatonem lacum in ita Turcis ademerunt Christiani mense Februario. Fuit in illa magni pretii praeda: aestimata ad 40. ducentorum millia. *Boesfardus in vita Murat. III.*

Amsterdamum urbs munita Hollandiae, & opulenta, aliquantulum ab exercitu Guillelmi Orangiae Principis obfessa, & terra, marique interclusa, deditur anno 1678. 5. Februarii. Y y 2 * Traje-